

kteří jste svým postavením, čím byste mohli být svým životem, jako hvězdy na obloze, jako hvězdy na věčné časy, zlaté svícny, lampy na vysoké svícny postavené, „zastavte se na svých cestách a vyptejte se na staré stezky, která jest cesta dobrá“ (Jerem. 6). A hleďte, jak byste ostatní osvěcovali mou jasnou pravdou, a „opatrně chodte“. A tolik o otázce druhé.

Nadpis: *Opatrně chodte*: podkladem kázání je Pavlova epištola Efez. 5,15 – 11 *teď naopak výběrčí a naháněči jubilejního roku...*: narážka na milostivé léto, povolené r. 1393 papežem Bonifácem IX. na žádost krále Václava IV.; *výběrčí* prodavači odpustků – 16 *podle Glosy*: v dostupných vydáních biblické Glosy, výkladu Pisma přiřítaného fuldskému mnichu Valafridu Strabonovi, nenalezeno – 43 *autor... glosy*: komentář k nařízení papeže Bonifáce VIII. z 22. února 1300 o slavení milostivého léta a o odpustcích, srov. Friedb. 2, 1303-1304; *Jan Mnich*: vlastně Jean Le Moyne, biskup v Meaux (zemřel v kardinálské hodnosti r. 1313), autor zmíněného komentáře – 44 *Antiquorum habet fida relatio*: hodnověrné podání starých obsahuje – 55 *o tom čtete v otázce třetí*: Štěpán odkazuje na třetí část svého obšírného kázání – 73 *jak člověkem, tak církevním zákonem*: tj. od některého preláta nebo církevním soudem podle kanonického práva – 94 *Mnichu, jsi-li v nouzi*: srov. Jeroným, List 125,7 (PL 22,1075) – 101 *Bernard a Benedikt*: Bernard z Clairvaux (1090-1153) a Benedikt z Nursie (asi 480-550); druhý byl zakladatelem západního mnišství, první obnovitelem jeho významu a vlivu

Poznámky ediční

Vyprávění o Milíčovi od Matěje z Janova

Narratio de Milicio Matěje z Janova je součástí jeho díla *Regulae Veteris et Novi testamenti*. Vyplňuje druhou pol. 6., 7. a 8. kap. 11. distinkce v 5. traktátu 3. knihy; v kritickém vydání V. Kybala (Innsbruck 1911), sv. 3, s. 358-367. Bez závěrečné kapitoly, tj. jako zde, bylo toto Vyprávění vydáno spolu s českým překladem J. Emlerem v 1. svazku FRB, Praha 1873, s. 431-436. Ukázky přeložili R. Schenk, Výbor z Pravidel Starého a Nového zákona M. Matěje z Janova, Praha 1954, s. 260 až 263 a Fr. Heřmanský, Duchem i mečem, Praha 1958, s. 258-262. Náš překlad je pořízen na základě vydání Kybalova s přihlédnutím k uvedeným dřívějším překladům; přeložil a poznámkami opatřil A. Molnár.

Jan Milíč z Kroměříže

České modlitby

České modlitby, které je možno zčásti nebo i všechny připsat Janu Milíčovi, jsou v rkpe UK v Praze XVII F 30 (A). Tento rukopis vydal paleograficky, ale ne zcela přesně V. Flajšhans, ČMuzFil 4, 1898, s. 42-60, 176-198; 5, 1899, s. 108-123, 313-350. Jednotlivě jsou zapsány i v jiných rkpech, zejména v rkpe APH (býv. Kap. Praž.) E 2/4 (B). O Milíčových modlitbách srov. J. Vilíkovský, *České modlitby Milíčovy*, Písemnictví českého středověku, Praha 1948, s. 120-140. *Zhodnocení Milíče* srov. M. Machovec, *Husovo učení a význam v tradici českého národa*, Praha 1953. – Jotace zachovávána ve všech krátkých slabikách mimo slabiku *je*.

- (Modlitba o božím těle)

Zapsána v rkpe A jako č. 20 na fol. 33b-35b (vyd. Flajšhansovo roč. 4, s. 179-181) a v rkpe B na fol. 178b-179a. Je otištěna také v cit. studii J. Vilikovského s. 132-136, spolu s německou paralelou. Zde byl vzat za základ rkp A.

3 ež A] jenž B - 7 uschlé B] wjŕŕye A - 8 neb B] *chybí v A* - 11 všicknu B (*srov. druhé*) wjŕŕyecknu A; ščedrost... všicknu A] *vynech. v B* - 26 poněvadžs] ponyewadz A, B - 28 jež] ez A, genz B - 29 nemocné uzdravujíc A] v nemocné jě uzdravujíc B - 30 i tak B] tak A - 37-38 abychom nikdy nepohaněli pokolenie B] *vynech. v A* - 54-55 ku požívaní B] ku pozwany A

- (Modlitba k nejsvětější Trojici)

Zapsána jen v rkpe B, fol. 179b-180a; otištěna nebyla. Proti rkpu A je rkp B zřetelně mladší; naše vydání nezaznamenává četné případy nadměrné jotace a ojediněle opominutou jotaci rekonstruuje.

5 z naše] [našŕye B (*nad řádkou připsáno -z-*) - 7 poněvadžs] ponyewadz B (*stejně ř. 12 a 26*) - 10 držěli] drjŕŕyely B - 11 mzdu] muzdu B - 19 poněvadžs ty] ponyewadty B - 26 všemohúci] wjemuhucz B - 27 vykúpil] wykupy B

Knížka o Antikristu

Po F. Menčíkovi, Věstník KČSN 1890, s. 328-336, vyd. Milíčův Libellus de Antichristo V. Kybal jako součást díla Matěje z Janova Regulae Veteris et Novi testamenti, sv. 3, Innsbruck 1911, s. 368-381. Český překlad podal Fr. Loskot, Milíč z Kroměříže, Praha 1911, s. 114-122, podruhé v knize Milíč z Kroměříže, Knížky o Antikristovi, Kroměříž 1929. Upravený Loskotův překlad vydal F. M. Bartoš, Spisek o Antikristovi, Praha 1948, zároveň s Posláním papeži Urbanu V. (s. 18-27). Vydáváme zde překlad J. Vilikovského v úpravě a s poznámkami A. Molnára.

256 Přinucen hrozbou...] *tento dovětek, zřejmě dodatečně připsaný, je pouze v pozdním opise Regulí (NK ve Vídni č. 4062); Kybal jej uvádí jen v pozn.*

Matěj z Janova: Pravidla Starého a Nového zákona

Kriticky vydal V. Kybal, Matthiae de Janov dicti Magister Parisiensis Regulae Veteris et Novi testamenti, sv. 1-4, Innsbruck 1908-1913, sv. 5, Praha 1927 (za účasti O. Odložilíka). Za základ vydání vzat rkp Muz. XIII E 13 (z rozhraní 14. a 15. stol.). Vybrané partie přeložil R. Schenk, Výbor z Pravidel Starého a Nového zákona, Praha 1954. - Z literatury srov. monografií Fr. Loskota, Matěj z Janova, Praha 1912; zhodnocení u M. Machovce, Husovo učení a význam v tradici českého národa, Praha 1953.

- (Z předmluvy)

Rkp fol. 4a-5b; vyd. Kybalovo, sv. 1, 1908, s. 11-15; Schenkův Výbor z Pravidel s. 34-36; též ve výboru J. Vilikovského, Próza z doby Karla IV., Praha 1948, s. 121 až 125. Podle Kybalova vydání upravil a nově přeložil A. Molnár.

- (O kněžské hrabivosti)

Výňatek z 3. knihy, traktát 5 (De Antichristo - O Antikristu), v rkpe fol. 172b-173a; ve vyd. Kybalově sv. 3, 1911, s. 202-204; v Schenkově Výboru z Pravidel s. 220-222. Schenkův překlad upravil Z. Tyl.

Konrád Waldhauser: Postila studentů

Český překlad Waldhauserovy tzv. studentské postily, pořízený ještě ve 14. stol., je zachován v jediném rkpe v SVK v Olomouci M II 135. Je to opis, a to velmi chatrný, z 15. stol. Postilu vydal v přepise Fr. Šimek, Staročeské zpracování postily studentů svaté university pražské Konráda Waldhausera, Sběrka pramenů čes. hnutí nábož. ve stol. 14. a 15., sv. 20, Praha 1947 (*Ši*). – Z literatury srov. Fr. Loskot, Konrád Waldhauser, řeholní kanovník sv. Augustina, předchůdce M. Jana Husa, Praha 1909; zhodnocení u M. Machovce, Husovo učení a význam v tradici českého národa, Praha 1953.

Kázání zde otištěné je v rkpe na fol. 66b-69a; ve vyd. Šimkově na s. 18-21.

Jotaci zachovává rukopis v několika málo případech (ponejvíce ve zvrat. zájm. sě), proto zde zcela potlačena. Ojedinele se vyskytující *i* místo *ie* a naopak *ie* místo *i* vyrovnáno.

Nadpis není v rkpe, dodán podle Šimkovy edice – 5 kterak] připsáno pozdní rukou na okraji rkpu – 12 Jakub] yakuk rkp – 17 radí Ši] radyeg rkp – 22 dražše (srov. ř. 23)] draze rkp, draže Ši – 35 ovce rkp] ovci Ši – 36 trpěli Ši] trpyel rkp – 42 pastvy Ši] pařty rkp – 43 připasie] przypařtwey rkp, při pastvě Ši – 44 videt] vidit rkp – 62 muži Ši (viri)] mnozy rkp – 65 proneseni Ši] prořjeny rkp – 76 nepřihlédá Ši] neprzyklada rkp – 81 neposluchají Ši] nepořluchay rkp – 86 opustte] opuřte rkp – 87 šlechetni Ši] řlechetyny rkp – 105 bludné Ši] budne rkp – 113 repellitis... iudicatis Ši] repellistis... iudicatis rkp – 114 Sic Ši] sicut rkp – 134 do puolnocij] duopuolno-czy rkp; vrhcáby Ši] wzrhczaby rkp – 135 mimo Ši] nymo rkp – 136 dědictvie Ši] dyedytczwey rkp – 148-149 mně i vám... amen] doplněno podle jiných kázání

Vojtěch Raňků z Ježova: Mistrům pražské university

V rkpe APH (býv. Kap. Praž.) G 19, fol. 100a. Lat. text vydal Fr. Palacký, *Über Formelbücher*, Praha 1847, s. 151-155 (*Pal*). Náš výňatek na s. 152-154. Český překlad B. Ryby otištěn zde poprvé.

34 křivé obviňování: criminationis nefas] circinacionis nefas *Pal* – 46 jako Jindřich: ut Henricus] et Henricus *Pal* – 58 navrch přetřena: illitam] illicam *Pal* – 97 otázek: questionum] questionem *Pal*; nesnadnost: difficultatem] difficultatum *Pal*

Jan z Mýta: Promluva při bakalářské determinaci Jana Husi

Lat. rkp v APH (býv. Kap. Praž.) N 14, fol. 48b. Vydal B. Ryba, *Promoční promluvy mistrů artistické fakulty Mikuláše z Litomyšle a Jana z Mýta na universitě Karlově z let 1386 a 1393*, Praha 1948, s. 41-49. Český překlad B. Ryby zde otištěn poprvé. – Vynechán úsek z vyd. Rybova s. 49, ř. 162-166.

149 hodnost: gradum] *tím text v rkpe končí; obvyklá závěrečná formule tu přeložena podle rkpu pražské UK X H 18, fol. 157b*

Štěpán z Kolína: Varování před odpustky z kázání „Opatrně chodte“

Štěpánovo kázání *Caute ambuletis asi* z r. 1393/4 se dochovalo ve dvou rkpech UK v Praze IX A 4 a X C 3 a v rkpe APH (býv. Kap. Praž.) E 83, fol. 141b-148a. Psali o něm O. Odložilík, M. Štěpán z Kolína, Praha 1924, s. 6-7 a Paul de Vooght, *Hussiana*, Lovaň 1960, s. 341-342 a 358-360. Překlad úryvku pořídil A. Molnár podle rkpu UK v Praze IX A 4, fol. 299a-300a a se zřetelem k rkpu X C 3, fol. 74a-75a.

Latinská dosud nevydaná předloha ukázky:

Audite, inquit propheta, verbum Domini: „Bonas facite vias vestras et studia vestra. Si feceritis iudicium inter virum et proximum, advene et pupillo et vidue non feceritis calumpniam, nec sanguinem innocentem effuderitis“, non furtum, non adulterium, non falsum testimonium, „et tunc habitabo vobiscum in sempiternum.“ Similiter esset dicendum: Annunciandum est illud quod habetur Mat. 5: „Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offers munus tuum.“ Ecce, hiis et similibus semper vel frequenter omnes et singuli forent amonendi, sed heu iam questores et anni iubilei ac ecclesiarum fabricre promotores annum remissionis clamant et predicant, vento adulationis populum in verbis mendacii confidere facientes, asserentes hoc idem, quod et pseudoprophete in templo Domini olim mendaciter predicabant, videlicet: „Templum Domini sanctum est, templum Domini sanctum est, templum Domini sanctum est“, hoc est, ut dicit Glossa, quod tales pseudosacerdotes predicant et dicunt: Peccata in Deum sive in proximum commissa sola in templo oblatione benignissime indulgentur. Sic et, heu, hiis modernis temporibus dicti questores oleo adulationis peccatores liniunt dampnabiliter et impingunt, cum tamen magis peccator corripiendus sit in misericordia, ut spiritus redeat ad Dominum et salvus fiat quam quod laudetur in desideriiis suis et demum in foveam scandalorum exicialiter detrudatur. Porro ipsi taliter dogmatizantes, „libertatem venie illis promittunt, qui tamen servi sunt corrupcionis“ – 2. Petri 2°. „Hii secundum desideria sua ambulantes, os eorum loquitur superbiam, mirantes“, id est mira dicentes vel mirabiliter laudantes „personas, questus causa“ – Iude capitulo unico. Tales etenim questores templorum magnitudines mendose promovent, palaciones parietum et piciones nequiter procurant, in quibus habent curiosi divites quomodo delectentur, sed non unde miseri sustententur. Muros auro ac coloribus variis vestiunt, filios autem Dei nudos, fame et macie consumptos et miserabiliter derelinquunt. Ve tamen dampnacionis perpetue Salvator conminatur illis Mat. 23: „Qui mentham, ciminum et anetum decimatis“, hoc est qui minora legis faciunt et docent, graviora vero legis, que sunt misericordia et iudicium, scilicet fori penalis ac satisfaccionis debite, docere vel facere obmittentes, cum tamen hec secundum congruenciam et modum facere oportet, „alia vero non obmittere“ – Mat. ut supra. Hinc est, quod abusum illum preciosissimum thesaurum dominicum dissipant, magis utique quam dispensant, quam tamen Dominus Iesus acerrimis vulneribus et sudore suo sui rosei sanguinis in cruce toto extensus corpore laboriosissime acquisivit. Utinam igitur illi indulgenciarum ordinatores vellent advertere, que et quot condiciones sufficiunt ad talium indulgenciarum gracias obtinendas.

Pro quo est advertendum, quod Glossator, qui videtur esse Iohannes Monachi, super constitutionem Bonifacii VIII, que est Antiquorum habet fida relacio, dicit quattuor condiciones principales ad hoc pertinere, ut indulgenciarum gracie suum debitum sorciantur effectum. Prima est auctoritas in conferente sive in dante indulgencias, quam quidem in Petro et eius successoribus esse et fuisse plenarie nullus sane fidei habet dubitare. De eadem tamen auctoritate dicit idem Glossator, quod licet papa plenitudinem habeat potestatis in ecclesia, illam tamen non habet ut dominus, sed ut minister et dispensator Domini principalis. Unde licet papa non habeat superiorem in terris, illum tamen habet in celis. Et subditur ibidem, quod dispensacio talium bonorum fieri non debet, nisi in illis, in quibus verisimiliter apparet, quod Dominus, cuius sunt bona, consensum adhiberet ita, ut potestas sub ratione restringatur. De quo habetur in questione 3^a. Illa secunda condicio est ydoneitas in recipiente, hoc est, ut adsit cor contritum et humile, nam actus activorum sunt in paciente

predisposito et de anima, de qua ydoneitate Cristi fideles precipue instrui deberent. Sed prememorati questores habito sive intento, scilicet questu pecunie, cetera salutem anime concernencia penitus non advertunt. Tercia est pietas in fine, hoc est, ut per indulgencias attendatur exaltacio fidei catholice et honor Dei. Quarta est utilitas in opere, id est, ut salus animarum Cristi fidelium rebus omnibus et sui preponitur. Si vero alius finis, scilicet pecunie vel questus queritur, tunc, ut dicit idem doctor, concessio simpliciter non valeret.

Vellet igitur Deus, ut illi dictarum indulgenciarum procuratores pretactas et non alias condiciones observarent, ut non videlicet bursarum, sed lucrum pocius quererent animarum. Sed, heu, occulta fide oppositum exprimitur in effectu. Nam iniustas ibidem iniungunt penitencias et absoluciones, quas virtute istius gracie faciunt in terris, non forte rate habebuntur et in celis. Unde compertum est, quod ab irregularitate, ab excommunicacionibus tam ab homine quam a canone latis, ymo et quod monstruosius est, et a debitis personalibus absolvere nitebantur. Quidam eciam adulteria in matrimonia irregulariter commutabant. Ecce, quam deformis monstruositas et monstruosa deformitas! Dignos venia predicant, qui tamen odio digni sunt et a participacione fidelium merito excludendi. O quot, heu, istis mestis temporibus strages, incendia ecclesiarum, villarum, civitatum ferunt desolaciones! Ex hiis tamen omnibus nec unus quidem compertus est, qui per penitenciam et congruam satisfaccionem redderet et daret gloriam Deo, satisfaciens proximo ut deberet. Sed, ut creditur, remissa pecuniarie penitencie indisposito tollit hec omnia et absolvit; iam enim, ut ita dicam, pauci denarii in absolucionis beneficio efficiunt, quod quondam longa vie racione huius gracie poterant evenire. Et tunc cessabunt suspiciones et scandala et similiter murmur in populo requiescet. Alioquin si donata et totaliter oblata pro se usurpant, que quidem eis superfluant tunc in elemosinis, ut vereor pauperes defraudentur et rapina pauperum in eorum domibus invenitur; fitque, ut firmissime credo, iusto Dei iudicio permittente, ut ea, que divisive et particulatim omnia tyrannice et indebite vel et in usu in delinquentes distrahuntur. Sed obsecro, audiat patienter talium indulgenciarum ordinator et precipue religiosus, quid Ieronymus dicat in epistola, qui tamen inquit: „Monache, si egres et accipis, das pocius quam accipis. Si autem non egres et accipis, rapis porro. Non indiget monachus, si habeat, quod nature sufficit.“ Hec ille. Hanc autem sufficienciam prolixitas et labores per maximam misericordie effecissent, lucrum autem de talento indulgenciarum eis credito percipiunt, quod reportant claustro. Saltem aliud non video, nisi quod in claustris et aliis in locis prohibitis ipsis mulieribus liberior datur licencia evagandi quam sancierunt patres. Bernhardus, Benedictus cum ceteris olim et prorsus delectabile simpliciter abhorrebant. Quondam matronis religiosis et honestis non erat phas nec licitum loca eciam claustris publica visitare, set nunc modo mulieres eciam qualescunque loca eciam cenobii secreciora audeant pergyrare. Claustralis eciam milicie iugum relaxatur et ampliores fratres desiderii amplectuntur libertatem. Verum si huiusmodi venerandi patres, domini et fratres dicunt et obiciunt, quod ad tales iubilei anni remissiones procurandas caritas Cristi eos moveat et non cupiditas, tunc hoc idem in re doceant, et credimus eis. Non rogent igitur in usus pauperum oblata et alia singula, que certa diffinicione proscritus Apostolus ita dicens: „Habentes alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus“ – 1 Tim. 6°. Que igitur insania est thesaurisare in sanguine pauperum et in laboribus alienis divicias per indulgencias et quandoque per mendacia cumulare! Non enim apud districtum iudicem excusare poterit parentum et amicorum sustentacio, numerositas familie et multiplicitas clientele.

De vobis autem prelati et domini vehementer est ammirandum, quod tot

erroribus et tam inauditibus deformitatibus per tot et tanta tempora crebrescentibus non resistitis nec aliquo modo curatis obviare. Et videlicet sero, tamen adhuc exsurgite et confortamini in Domino in potencia virtutis eius et dicite audenter iniquis: „Nolite inique agere!“, et delinquentibus: „Nolite exaltare cornu“ – Ps. 74. Quia alias declinare videmini in obligationem malicie per consensum, „declinantes autem in obligationes aducet Dominus cum operantibus iniquitatem“, ulcione tandem gravi excruciantur districtissime feriendos. „Filius igitur hominum“, quia „diligitis vanitatem et queritis mendacium“, perpendite. Numquid solis et stellarum geritis ymaginem, que in firmamento posuit Dominus, ut lucent? Sed magis vos fures estis et bestie, que lucem odiunt et in tenebris ambulant, quia „Posuisti tenebras et facta est nox; in ipsa pertransibunt bestie“ – Ps. 103. „Lux autem orta est iustis et rectis corde“ – Ps. 96. Vos itaque cum secundum statum estis, sed ut secundum vitam esse possitis, quasi stelle firmamenti et quasi stelle in perpetuas eternitates, candelabra aurea, lucerne super candelabrum exaltate, tunc „state super vias vestras et interrogate de semitis antiquis, que sit via bona“ – Ieremie 6. Et mea, videte quomodo luminosa veritate ceteros illustrantes „caute ambuletis“. Et tantum de secundo.